



# Quaestiones argumenti obstetricii

<https://hdl.handle.net/1874/313770>

QUAESTIONES  
ARGUMENTI OBSTETRICII,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus,**

SUMMISQUE IN

**Arte obstetricia Honoribus ac Privilegiis,**

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

**GUILIELMUS JOHANNES FRANCISCUS NUIJENS,**

MEDICINAE DOCTOR,

AD DIEM XXX m. Novembris, a MDCCCLIV, Hora VI.



**HORNÆ,**

APUD FRATRES VERMANDE.

MDCCCLIV.



# T H E S E S.



## I.

Utilitas stethoscopii permagna in arte obstetricia.

## II.

Pelvis amplior partus tardioris causa esse potest.

## III.

Causa praedisponens situs foetus transversi in uteri  
laxitate quaerenda.

## IV.

Facie praevia foetum maturum et bene formatum,  
fronte pone ossa pubis posito, nasci posse nego.

## V.

Forcipe utentes, non raro stimulando potius uterum partum absolvimus, quam extrahendo foetum.

## VI.

Consuetudo autem illorum, qui omnem partum diuturniorem et difficilliozem semper forcipe absolvere volunt, nulla habita ratione virium dynamicarum, quae post lapsum temporis foetum expellent, reprobanda.

## VII.

Secali cornuto utentes saepius forcipe carere possumus.

## VIII.

Secale cornutum, tertio partus stadio adhibitum, in mulieribus, ad metrorrhagiam post partum proclivibus, saepissime eximiae est utilitatis.

## IX.

Etiam si pelvis adeo angusta sit, ut foetus maturus per eam transire nequeat, caput perforare non licet, nisi de morte foetus constet.

## X.

Medico non licet abortum provocare.

—  
XI.

Ad partum praematurum autem provocandum obstetricator statim paratus sit, ubi de nimis angusta pelvi constat.

XII.

E variis abortum provocandi methodis, punctura membranarum prae caeteris mihi eligenda videtur.

XIII.

Febris sic dicta puerperalis magnopere differt a vulgari peritonitide.

XIV.

In gravi metrorrhagia post partum neonatum statim ad mammas apponere, ut suadet Cl. MARSHALL HALL, non laudandum mihi videtur.

XV.

Symptomata apud gravidas frequenter observata, quae plethorae a multis adscribuntur, saepius hydraemia producuntur.

XVI.

In eclampsia parturientium venaesectio ut plurimum indicata est.

—  
XVII.

Chloridi formyli utilitas in operationibus obstetriciis  
gravioribus saepe maxima.

XVIII.

In placenta praevia partus, si absque vi absolvi  
potest, absolvatur.

XIX.

In gravi metrorrhagia post partum compressio aortae  
abdominalis ultimum refugium est.

XX.

Partus, qui dicitur, serotinus revera datur,

